

Universitätsbibliothek Wuppertal

**PLVTARCHI||CHAERONENSIS,|| SVMMI PHILOSOPHI|| &
Historici,|| VITAE PARALLELAE,|| seu Comparatæ,||**

Cui subiecti sunt Indices tres ... ad commodum lectoris summa diligentia
confecti

Plutarchus

Francoforti ad Mœnum, 1592

Annotationes interpretis in Ti. Gracchum

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-360](#)

populi placaret, cùm aliis v̄sus est rationibus, tum ne agro-
rum quidem divisionem porr̄ negavit: concessitque, vt in
Ti. Gracchi locum altus, qui praeſet ei negotio, diligere- 8
tur. Populi suffragiis P. Crassus est constitutus, cuius filiam
Licinniam C. Gracchus in matrimonio habebat. Cornelius
quidem Nepos non Crassi, sed Brutus, eius qui de Lusitanis
triumphauit, filiam C. Gracchi vxorem fuisse scribit: verū
nos plures nostræ sententiæ autores habemus. Cùm autem Nasica 1448
populus Ti. Gracchi mortem iniquè ferret, neque diffimu-
laret se eius vlciscendæ occasionem prætolari, cùmq; iam 1448.
accusationes Nasicæ patarentur: senatus ei viro metuens
nulla requirente necessitate legationem ei in Asiam decer-
nit. Odiam enim eius ciues haud occultum getebant, sed
vbi cunque occurrit, pollutum tyrannum, & qui sanctis
15 simum, cuiusque religio maximè terrori esse deberet, tem-
plum cæde hominis sacrilegii contaminasset, vocabat.
Itaque Nasica tametsi maximis obstrictus sacrificiis (erat
enim pontifex maximus) ex Italia abiit, forsique vagans, &
animo ægro nullius certi propositi causa oberrans, haud
20 multò post apud Pergamum naturæ debitum persoluit. Ne-
que mirari quisquam odia hominum in Nasicam debet: Scipionis
quando Scipio etiam Africanus, quo neminem neque iu- de Grac-
stiore, neque maiore amore prosecutus est populus, pa- cho senten-
rum absuit, quin gratia eius excideret. causa fuit cùm quod tia.
25 apud Numantiam auditio Ti. Gracchi interitu versum Ho-
mericum pronunciauit.

Exiit iste alius quoque idem perdiſat facientem: 9
tum quod in concione a C. Graccho & Fulvio interroga- 10
tus, quid de morte Tiberij sentiret, ita respondit, vt impro-
bare se eius actiones ostenderet. Itaque populus (quod nun-
quam antè fecerat) dicenti obſtrupuit, & ipse vt conuicuum
populo faceret, commotus fuit, qua de re est à nobis in vita
Scipionis singulatum scriptum.

35 ANNOTATIONES INTERPRE- TIS IN TI. GRACCHUM.

T I. notam esse praenominis Tiberius, notum iam est.
Divisi autem has quoque horum fratrum vitas, vt ea
magis omnia perspicua, & suis distincta locis haberentur.
nihil

nihil enim hæc diuisio parallelorum comparationi detrahit.
Hic Ti. Gracchus, de quo agimus, ita scribi potest: Ti. Gracchus, Ti. F. P. N. nam Gracchorum auum patrem eius Ti. Gracchi, qui vxorem habuit Corneliam Africana superioris filiam, Publum prænomen habuisse, Cic. i. de Diuinatione 5 ostendit. Nomen gentis fuit Sempronius, Gracchus cognomentum. De atate Gracchorum non est obscurum: primæ enim ciuiis sanguinis effusio morte Ti. Gracchi facta est. à qua & sua ἐρφύλιᾳ Appianus orditur, & L. Florus. Cæsus est anno V. C. d c x x i. L. Calpurnio, P. Mu- 10 cio Coſſ.

2. Ferunt eum.] Hæc hifloria apud Cic. lib. de Diuinat. viroque ex C. Gracchi Ti. F. P. N. ad M. Pomponium scriptis recensetur.

3. Licinium seruum.] λιζίννιον. Vide Ciceronem li- 15 bro tertio de Oratore extremo: vbi quidem Licinius vnico N. scriptum reperies. Nam & hæc animaduerti, modo eam literam geminari, modo non geminari. Atque ipsam syllabam pro communi videtur Horatius habuisse. Nam in eo carmine,

Rectius viues Licini neque altum,
Licini anapæstus est. in hoc,

Me dulcis domine Musa Licinie,
Licinia dijambus est. atque haud scio an Licinnia scripsiterit Horatius, vt esset ἀναδιπλωσις: sicut C. Gracchi vxor infra 25 λιζίννια diciatur. Verū id genus permulta possunt annotari.

4. Non enim tantum in bacchanalibus.] Peruenit
stè alludit ad illud Tirestæ apud Euripidem in Bacchis:

ἀλλ᾽ εἴ τη φύσις
τὸ σωφρονεῖν ἔνεστιν εἰς τὰ πάντα δὲ.
τύττε σκοτεῖν χρή. Καὶ γόνον βανχεῖματιν
τοῦ ἦγε τάφρων διαθερίσειαι. Quod leviter immutatum,
Anisippus apud Dionysium tyrannum fertur usurpare.

5. Mucium

Mucium q-
num appella-
tum Mucium num-
6 Sed Blod-
1 p. 6. & qu-
sriendum e-
7 Interim
Flaminicid-
rum cogni-
10 venientia
esse M. Fa-
Plautio fa-
in permane-
cione etiam
15 8 Alio
ille Titus
locum pro-
9 Verili
gisti ab
restituimus
10 ACC
& similare
affirmamus
placuerat
habetur
C. i.
tia abducere
milia milia

30 C.